primam inter omnes vxores illam habuit, mirificóque honore prosequutus est. Nam gratum ei facere conabatur, sperans posse se memoriam Cyri ex animo ipsius euellere & persuadere, vt se non minùs illo amaret. Verùm tardè seróque tandem spe potitus est. Ingens namque Aspasiæ beneuolẽtia erga Cyrum eius animo penitus infixa, vehementem in ea amorem excitauerat, qui elui & tolli, vt si quid aliud difficillimè poterat. Paucis post diebus Teridates eunuchus mortem obiit, formosissimus omnium in Asia, atque pulcherrimus. Is iam è pueris excesserat, & in adolescẽtibus numerabatur. Hic regi potissimum in deliciis fuisse dicebatur. Quã ob rẽ grauissima lamentatione & acerbissimo mœrore eius morte affectus est. ac publicus per vniuersã Asiam squalor luctúsque fuit, omnibus in hoc regi gratificantib. nemóque ad regẽ accedere, vel consolatione aliqua dolorem eius leuare audebat. Ete-

nim existimabant fieri non posse, vt ab hac acerbitate renocaretur. Exacto demũ triduo, Aspasia vestem lugubrem induta, veniente rege ad balneum, stetit lachrymans, oculísque in terram despiciens. Quam quum ille conspexisset, consternatus est: causámque quam obrem aduenisset, rogauit, & illa: Te rex, inquit, lugétem mœrentémque consolatum veni, si tibi sic visum fuerit: sin minus, retrogrediar. Gauisus hac cura Persa, iussit vt in thalamum rediens præstolaretur, donec veniret. atque illa mandato paruit. Qui reuersus, vestem eunuchi, supra pullam. Aspasiæ circumdedit: & quodammodo cõueniebat ei vestis adolescentis, magis: splendere forma venustásque ipsius hac ratione regi, qui puerum amasset, videbatur. Quumque semel his captus esset, rogauit eam, vt sic amicta semper ad se accederet, donec luctus, vis & feruor remitte-

πίστευον ἀνιάτως αὐτὸν ἔχειν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι πάθει. τριῶν δὲ ἡμερῶν διελθουσῶν, στολὴν ἀναλαβοῦσα ἡ Ἀσπασία πενθικὴν ἀπιόντος τοῦ βασιλέως ἐπὶ λουτρὸν, ἔστη δακρύουσα, καὶ ἐρεῖσα εἰς γῆν. ὁ δὲ ἰδὼν αὐτὴν ἐξεπλάγη, καὶ ἤρετο τὴν αἰτίαν τῆς ἀφίξεως. καὶ ἐκείνη φησὶ, λυπούμενόν σε βασιλεῦ, καὶ ἀγριῶντα ἀφῖγμαι παραμυθησομένη, εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν· εἰ δὲ χαλεπαίνεις, ἄπειμι ὀπίσω. ὑπερήσθη τῇ κηδεμονίᾳ ὁ Πέρσης, καὶ προσέταξεν εἰς τὸν θάλαμον ἀνελθοῦσαν ἀναμεῖναι αὐτόν. ἡ δὲ ἔδρασε ταῦτα. ἐπεὶ δὲ ἐπανῆλθε, τὴν τοῦ εὐνούχου στολὴν ἐπὶ τῇ μελαίνῃ περιῆψε τῇ Ἀσπασίᾳ, καί πως ἔπρεψεν αὐτῇ καὶ τὰ τοῦ μειρακίου, καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ τῆς ὥρας αὐτῆς πρὸς τὸν ἐραστὴν ἐξέλαμψεν. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ἐχειρώθη τούτοις ἐκεῖνος, ἠξίωσεν αὐτὴν ἐς ἂν ἀπομαρανθῇ τοῦ πένθους αὐτοῦ ἡ ἀκμὴ, οὕτως ἐσταλμένην ὡς αὐτὸν παριέναι αὐτήν.

καὶ ἐκείνη χαριζομένη ἐπείθη αὐτῷ· καὶ μόνη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, οὐ γυναικῶν μόνον φασὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ βασιλέως υἱῶν, καὶ τῶν συγγενῶν παρεμυθήσατο Ἀρταξέρξην, καὶ τὸ ἐκ τῆς λύπης ἰάσατο πάθος, εἴξαντος τοῦ βασιλέως τῇ κηδεμονίᾳ καὶ τῇ παραμυθίᾳ πειθέντος συνετῶς.

ret, atque illa gratificans ei, morem gessit: solaque ex omnibus Asiæ non modò fœminis, sed etiam filiis, cognatisque regem Artaxerxem consolata est, & tristitiæ languorem sanauit, acquiescente rege sollicitudini ipsius, & consolatione prudenter admittente.

Περὶ Μουσῶν.

De Musis. *plastes.

ΚΕΦ. β.

C. II.

Οὐδεὶς οὔτε πλάστης, οὔτε γραφεὺς τῶν Διὸς θυγατέρων τὰ εἴδη παρέσχεν ἡμῖν ὡπλισμένα. ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο, ὅτι δεῖ τὸν ἐν Μούσαις βίον, εἰρηνικόν τε ἅμα, καὶ πρᾷον εἶναι.

Nemo vel * fictor, vel pictor, filiarum Iouis imagines armatas nobis exhibuit: quo significatur, id vitæ genus, quod in musis consumitur, placatum simul & mansuetum esse oportere.

Περὶ Ἐπαμεινώνδου, καὶ Δαϊφάντου, καὶ Ἰολαΐδου.

De Epaminonda, Daiphanto, & Iolaida.

ΚΕΦ. γ.

C. III.

† Ἐπαμεινώνδας ὅτε ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ καιρίαν, εἰς τὴν σκηνὴν κομισθεὶς ἔτι ἔμπνους Δαϊ-

Epaminondas quum mortiferum vulnus in Mantinensi pugna accepisset, delatus in castra viuus adhuc, Dai-

Sic & apud Plut. alij scribunt per i.

phantum accersi iussit, vt ipsum ducem declararet. quem quum occubuisse dicerent, rursus iussit Iolaidam vocari. Quum verò ipsum etiam mortuum esse dicerent, suasit suis, vt pacem cum hostibus & amicitiam facerent, eò quòd nullum amplius ducem Thebæ haberent.

De Sesostride.

C. IV.

Ægyptij dicunt, Sesostridem à Mercurio, solertiam & consilia didicisse.

De Laide.

C. V.

Lais scortum, vt refert Aristophanes Byzantius, etiam * Axine dicta fuit. Quod eius cognomentum, morum & ingenij feritatem & sæuitiam redarguebat.

* id est securis.

De Marij & Catonis parentibus.

C. VI.

Omnium risu digni

φαντον ἐκάλει, ἵνα ἀποδείξῃ στρατηγόν. οἱ δὲ ἔφασαν τεθνάναι τὸν ἄνδρα. εἶτα Ἰολαΐδαν καλεῖν διακελεύσας ἠξίου. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἐλέχθη τεθνάναι συνεβούλευσε διαλύσασθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ φιλίαν θέσθαι, ὡς μηκέτι στρατηγοῦ καταλαμβανομένου ἐν Θήβαις.

Περὶ Σεσώστριδος.

ΚΕΦ. δ.

Φασὶν Αἰγύπτιοι Σέσωστριν παρ' Ἑρμοῦ τὰ νόμιμα ἐκμεμαθηκέναι.

Περὶ Λαΐδος.

ΚΕΦ. ε.

Ὅτι Λαῒς ἡ ἑταίρα, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ ἀξίνη ἐκαλεῖτο. ἤλεγχε δὲ αὐτῆς τὸ ἐπώνυμον τοῦτο, τὴν τοῦ ἤθους ἀγριότητα.

Περὶ Μαρίου καὶ Κάτωνος πατέρων.

ΚΕΦ. ς.

Ὅτι γελᾶν ἔξεστιν ἐπὶ τοῖς

τοῖς μεγάλων φρονοῦσι διὰ τοὺς πατέρας, εἴγε ἐν Ῥωμαίοις μὲν Μαρίου τὸν πατέρα οὐκ ἴσμεν, αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ τὰ ἔργα. Κάτωνος δὲ τοῦ πρεσβύτου δὲ αὐτόν τὸν πατέρα ἀναζητεῖν χρή.

Περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ Ἡφαιστίωνος.

ΚΕΦ. ζ.

Ὅτι Ἀλέξανδρος τὸν Ἀχιλλέως τάφον ἐστεφάνωσε, Ἡφαιστίων τὸν τοῦ Πατρόκλου· αἰνιττόμενος ὅτι καὶ αὐτὸς ἦν ἐρώμενος τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὥσπερ Ἀχιλλέως ὁ Πάτροκλος.

Περὶ Κλεομένους ἐπιβουλῆς κατὰ τοῦ Ἀρχωνίδου.

ΚΕΦ. η.

Κλεομένης ὁ Λάκων τὸν ἑταῖρον τῶν αὑτοῦ παραλαβὼν Ἀρχωνίδην, κοινωνὸν ἐποιεῖτο τῶν πραγμάτων. ἐπώμνυεν οὖν εἰ κατάσχοι, πάντα σὺν τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ πράττειν.

sunt, qui maiorum stemmata iactitant: siquidem in Romano populo, Marij quidem patrem ignoramus, ipsum verò propter rerum gestarum magnitudinem admiramur. Catonis etiam senioris patrem si quis nosse velit, multo studio requirat necesse est.

De Alexandro & Hephastione.

C. VII.

Alexander Achillis monumentum coronauit, & Hephæstion Patrocli: significans, se ita charum Alexandro esse, vt Patroclus fuisset Achillis.

De Cleomenis dolo contra Archonidem.

C. VIII.

Cleomenes Lacon assumpto vno ex familiaribus suis Archonide, eum consortem & adiutorem sui propositi fecit. Iurauit igitur ei, si voti cōpos fieret, se omnia cum ipsius capite transacturum esse.

μοσεν. οὕτω ἐγὼ Τιμησίου τὸν ἐγκέφαλον ἐξαράξαιμι. τοῦτο ἐκεῖνος ἀκούσας, καὶ ὑπολαβὼν ἀκρατῶς ἔχειν φθόνου καὶ δεινῶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν μεμισῆσθαι, εἴγε καὶ οἱ παῖδες αὐτὸν μισοῦσι, μήτε γοῦν οἱ ἄνδρες, ἀπῆλθεν ἑκὼν τῆς πατρίδος.

rabat. Sic ego Timesię cerebrum discusserim. Hoc audito, ille putans se in nimia hominum inuidia positum esse, & vehementer à suis ciuibus odio haberi, siquidem & pueri odissent, nedum viri, sponte atque vltrò è patria concessit.

Ὅτι πρῶτοι ἔκοψαν Αἰγινῆται νόμισμα.

ΚΕΦ. ι.

Αἰγινῆταί ποτε ἐδυνήθησαν τὰ μέγιστα ἐν τοῖς Ἕλλησιν, εὐφορίαν τινὰ χρόνου καὶ εὐκαιρίαν λαχόντες. δύναμιν γὰρ ναυτικὴν ἔσχον, καὶ ἦσαν μέγιστοι. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Περσικοῖς ἀγαθοὶ ἐγένοντο, καὶ διὰ ταῦτα καὶ τῶν ἀριστείων ἠξιώθησαν. καὶ πρῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκλήθη νόμισμα Αἰγιναῖον.

Quòd primi excuderint monetam Æginetæ.

C. X.

Æginetæ quondam plurimum inter vniuersos Græcos poterāt, temporis fertilitatem & opportunitatem nacti. Copias enim nauales possidebant, & erant potentissimi: sed & contra Persas emicuerunt, & idcirco pręmium fortitudinis inter primos sunt consecuti, & primi nomisma percusserunt, quod ex ipsis nomen accepit, vt Æginense nomisma vocaretur.

De Pallantio colle, & Febris templo atque ara.

Περὶ Παλλαντίου λόφου, καὶ Πυρετοῦ ναοῦ καὶ βωμοῦ.

C. XI.

ΚΕΦ. ια.

Romani sub Pallantio colle, Febri templum & aram coædificauerunt.

Ὅτι Ῥωμαῖοι ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ Παλλαντίῳ Πυρετοῦ καὶ ναὸν, καὶ βωμὸν ἱδρύσαντο.

De adultero in Creta comprehenso.

Περὶ τοῦ ἐν Κρήτῃ συλληφθέντος μοιχοῦ.

C. XII.

ΚΕΦ. ιβ.

Adulter Gortynæ in ciuitate Cretæ deprehensus, & in iudicium adductus, criminísque conuictus, lana coronabatur. Hæc verò coronatio redarguebat eum esse hominem mollem, effœminatum, & muliebribus se ornantem. *& æstimata est ei publicè quinquaginta staterum summa: atque ad turpissimam infamiã redacto omnes ad gerendam in Republica dignitatem viæ intercludebantur.

* & verò debatur publicè stateribus quinquaginta.

Ὅτι ἐν Κρήτῃ ἐν Γορτύνῃ μοιχὸς ἁλοὺς ἤγετο ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ ἐστεφανοῦτο ἐρίῳ ἐλεγχθείς. τὸ δὲ στεφάνωμα κατηγόρει αὐτοῦ, ὅτι ἄνανδρός ἐστι, καὶ γύννιν, καὶ εἰς γυναῖκας καλός. καὶ ἀπεπεράσκετο δημοσίᾳ εἰς στατῆρας πεντήκοντα, καὶ ἄτιμότατος ἦν καὶ οὐδενὸς οἱ μετῆν κοινῶν.

Quomodo Gnathana confutauerit loquacem.

Πῶς ἡ Γνάθαινα ἐπέσχε καταπιφάσει λάλον.

C. XIII.

ΚΕΦ. ιγ.

Venerat ex Hellespon-

Ἀφίκετο ἐξ Ἑλλησπόντου-

τι παρὰ τὴν ἑταίραν τὴν Ἀττικὴν τὴν Γνάθαιναν ἐραστής, κατὰ κλέος αὐτῆς. παρὰ πότον οὖν πολὺς ἦν λαλῶν, καὶ ἐδόκει φορτικός. ὑπολαβοῦσα οὖν ἡ Γνάθαινα, εἶτα οὐ σὺ μέντοι λέγεις (εἶπεν) ἥκειν ἐξ Ἑλλησπόντου, τοῦ δὲ ὁμολογήσαντος καὶ πῶς εἶπεν οὐκ ἔγνως τῶν ἐκεῖ πόλεων τὴν πρώτην, τοῦ δὲ εἰπόντος, καὶ τίς ἐστιν, ἡ δὲ ἀπεκρίνατο, Σίγειον. καὶ ἐμμελῶς διὰ τοῦ ὀνόματος κατεσίγασεν αὐτόν.

to ad ſcortum Atticum Gnathænam, amator quidam, eius fama & nomine permotus. Quum ita inter pocula plurima effutiret, & importunus eſſe videretur, interpellãs Gnathæna: Nunquid enim, inquit, tu te ex Helleſponto venire dixiſti? quumque annuiſſet. Cur igitur, inquit, primariam inibi ciuitatem ignoras? Qui quum diceret, Et quę tandem eſt illa? Sigeum, inquit illa. ſic artificiosè iſto nomine ſilentium impoſuit ei.

Περὶ τινῶν τὸ σῶμα ὡραίων.

ΚΕΦ. ιδ.

Ἐρασμιώτατον καὶ ὡραιότατόν φασιν, Ἑλλήνων μὲν γενέσθαι Ἀλκιβιάδην, Ῥωμαίων δὲ Σκιπίωνα, καὶ Δημήτριον τὸν πολιορκητὴν λέγουσιν ὥρας ἀμφισβητῆσαι. Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Φιλίππου ἀπραγμόνως ὡραῖον λέγουσι γενέσθαι. τὴν μὲν γὰρ κόμην ἀνασεσύρθαι αὐτῷ, ξανθὴν δὲ εἶναι. ὑπαναφύεσθαι,

De quibuſdam venuſtate corporis excellentibus.

C. XIV.

Amabilitate ſimul & formâ maximè floruiſſe dicuntur, apud Græcos Alcibiades: ex Romanis verò Scipio Demetrium quoque Poliorcetam, ferunt certaſſe de venuſtate. Alexandrum etiam Philippi filium ſine curatione formæ, ſpecioſum extitiſſe perhibent. Capillos enim qui erant flaui, retortos ei fuiſſe. Ferunt tamen

arborum germinib. *Sic & Odyss. a 2. Vlysses de Nausicae.* Tale *inquit* olim in Delo Φοίνικος &c.

formidabile quiddam in facie Alexandri insitum fuisse. Homerum verò cum vult significare formoses, arboribus eos cōparat: velut, Arboris vt vegetum germen, sic ille vigore crescebat læto.

δέ τι ἐκ τοῦ εἴδους φοβερὸν τῷ Ἀλεξάνδρῳ λέγουσιν. ὁ δὲ Ὅμηρος ὅταν τοὺς καλοὺς θέλῃ ἐλέγξαι, δένδρεσις αὐτοὺς παραβάλλει, ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνει ἶσος.

De præstantissimis quibusdam viris, qui cū pueris colluserunt.

Περὶ ἀρίστων τινῶν τοῖς παιδίοις πεπαιγμένων.

C. XV.

ΚΕΦ. ιε.

Herculem aiunt labores, quos in certaminibus subibat, ludicris alleuasse. Ludebat autem ille Iouis & Alcmenæ filius cum pueris admodum. Sed & Euripides eundem deum inducit, & facit dicentem. Ludo, & laborum recreat gratissima vicissitudo me: Dicit autē hoc, puerum tenens. Socrates etiam aliquando deprehensus est ab Alcibiade, ludere cum Lamprocle adhuc infante.

Τὸν Ἡρακλῆ λέγουσι τὰς ἐν τοῖς ἄθλοις σπουδὰς διαναπαύειν ταῖς παιδιαῖς, ἔπαιζε δὲ ἄρα ὁ Διὸς καὶ Ἀλκμήνης μετὰ παιδίων πάνυ σφόδρα. τοῦτό τοι καὶ ὁ Εὐριπίδης ἡμῖν ὑπαινίττεται, ποιήσας τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν λέγοντα παίζω, μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ. λέγει δὲ τοῦτο παιδίον κατέχων. καὶ Σωκράτης δὲ κατελήφθη ποτὲ ὑπὸ Ἀλκιβιάδου παίζων μετὰ Λαμπροκλέους ἔτι νηπίου.

Agesilaus verò arundini insidens, equitabat cum filio puero: & quum quidam risisset, Nunc, inquit, tace: quum

Ἀγησίλαος δὲ κάλαμον περιβὰς, ἵππευε μετὰ τοῦ υἱοῦ παιδὸς ὄντος, καὶ πρὸς τὸν γελάσαντα εἶπε νῦν μὲν σιώπα, ὅταν δὲ γένῃ πα-

καὶ πατὴρ αὐτὸς, τότε ἐξαγορεύσεις πρὸς τὸν πατέρας. ἀλλὰ καὶ Αρχύτας ὁ Ταραντῖνος, πολιτικός τε καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ γενόμενος, πολλοὺς ἔχων οἰκέτας, τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάνυ σφόδρα ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων. μάλιστα δὲ ἐφίλει τέρπεσθαι αὐτοῖς ἐν τοῖς συμποσίοις.

verò & ipse pater euaseris, tunc patribus consilium dabis. Sed & Archytas Tarentinus, vir reip. simul & philosophię studio deditus, quum seruis abundaret, maximè liberis eorum delectabatur, & cum vernis suis ludicra agitabat: plurimúmq. inter conuiuia illorum præsentia delectari solebat.

Τίσι δι' ἀρετὴν ἀπήχθετο ὁ Ἀλέξανδρος.

Quorum virtuti Alexander infensus fuerit.

ΚΕΦ. ιϛ.

C. XVI.

Ὅτι ἀπήχθετο Περδίκκᾳ Ἀλέξανδρος, ὅτι ἦν πολεμικός· Λυσιμάχῳ δὲ ἐπεὶ στρατηγεῖν ἀγαθός· Σελεύκῳ δὲ, ὅτι ἀνδρεῖος ἦν. Ἀντιγόνου δὲ αὐτὸν ἐλύπει τὸ φιλότιμον, Ἀττάλου δὲ τὸ ἡγεμονικὸν ἤχθετο, Πτολεμαίου δὲ τὸ δεξιόν.

Perdicam oderat Alexander, quòd esset bellicosus: Lysimachũ, quòd imperatorię artis peritus: Seleucum, quòd forti animo esset. Antigoni verò liberalitas eum offendebat, & Attali imperatoria dignitas, & Ptolomæi *prosperitas.

* *Potest &* benignitas *vel* comitas *cõuerti.*

Περὶ Δημοκρίτου εἰς ἑταίρας οἰκίαν φοιτῶντος.

De Democrito in ædes scorti commeante.

ΚΕΦ. ιζ.

C. XVII.

Ὅτι Δημήτριος τοσού-

Demetrius tot gen-

rium dominus, Lamiæ meretricis ædes cũ armis & diademate frequentabat Non exiguam ſanè ei turpitudinem attuliſſet, ſi tantùm eam in ſuam domum accerſiuiſſet: at ille ipſe ſtudioſè ad eam itabat. Ego quidem pluris fecerim Theodorum tibicinem, quàm Demetrium regem: ſiquidem ille vocatus à Lamia, venire recuſauit.

τῶν ἐθνῶν ἡγεμονεύων, ἐφοίτα εἰς Λαμίας τῆς ἑταίρας σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ φορῶν τὸ διάδημα. αἴσχιστον μὲν οὖν ἦν αὐτῷ, καὶ οἴκαδε μεταπέμψασθαι τὴν ἄνθρωπον. ὁ δὲ παρ᾽ ἐκείνην ἐφοίτα φιλοφρόνως. ἀλλ᾽ ἔγωγε Θεόδωρον τὸν αὐλητὴν προτιμήσαιμι τοῦ Δημητρίου· ἐπεὶ τὸν Θεόδωρον μετεπέμπετο ἡ Λαμία, ὁ δὲ ὑπερεῖδε τὴν κλῆσιν.

Quòd Phaon formoſus fuerit.

C. XVIII.

Phaonem omnibus hominibus elegantia formæ præſtantem, Venus in lactucis abſcondit. Alij dicunt eum portitorem fuiſſe, & hoc officium ſubiiſſe. Veniſſe autem aliquando Venerem traiicere volentem, atque illum neſcientem quænam eſſet, libenter promptéque recepiſſe, magnáque diligentia, quoquò voluiſſet, eam auexiſſe. Pro quibus meritis alabaſtrum ei cum vnguento dea donauit, quo vnctus Phaõ omniũ ho-

Ὅτι Φάων ὡραῖος ἦν.

ΚΕΦ. ιη.

Τὸν Φάωνα κάλλιστον ἀνθρώπων ὄντα ἡ Ἀφροδίτη ἐν θριδακίναις ἔκρυψε· λόγος δὲ ἕτερος ὅτι ἦν πορθμεὺς, καὶ εἶχε τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα. ἀφικνεῖτο δέ ποτε ἡ Ἀφροδίτη διαπλεῦσαι βουλομένη· ὁ δὲ ἀσμένως ἐδέξατο, οὐκ εἰδὼς ὅστις ἦν, καὶ σὺν πολλῇ φροντίδι ἤγαγεν ὅποι ποτὲ ἐβούλετο. ἀνθ᾽ ὧν ἡ θεὸς ἔδωκεν ἀλάβαστρον αὐτῷ, καὶ εἶχεν αὐτὴ μύρον, ᾧ χριόμενος ὁ Φάων ἐγίνετο ἀνθρώ-

θρώπων κάλλιστος, καὶ ἤρων γε αἱ γυναῖκες αὐτοῦ αἱ Μιτυληναίων. τά γε μὴν τελευταῖα ἀπεσφάγη μοιχεύων ἁλούς.

minum speciosissimus euasit, atque eius amore Mitylenenses fœminæ captæ sunt. Postremò deprehensus in adulterio, trucidatus est.

Περὶ Σαπφοῦς.

ΚΕΦ. ιθ.

Τὴν ποιήτριαν Σαπφὼ τὴν Σκαμανδρωνύμου θυγατέρα, ταύτην καὶ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος σοφὴν ἀναγράφει. πυνθάνομαι δὲ ὅτι καὶ ἑτέρα ἐν τῇ Λέσβῳ ἐγένετο Σαπφώ, ἑταίρα οὐ ποιήτρια.

De Sappho.

CAP. XIX.

Poëtriam Sappho filiam Scamandronymi, Plato filius Aristonis in sapientibus numerat. Audio fuisse etiam in Lesbo Sappho aliam meretricem non poëtriam.

Περὶ ἀηδόνος, καὶ χελιδόνος.

ΚΕΦ. κ.

Λέγει Ἡσίοδος τὴν ἀηδόνα μόνην ὀρνίθων ἀμελεῖν ὕπνου, καὶ διὰ τέλους ἀγρυπνεῖν. τὴν δὲ χελιδόνα οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀγρυπνεῖν, καὶ ταύτην δὲ ἀπολωλέναι τοῦ ὕπνου τὸ ἥμισυ, τιμωρίαν δὲ ἄρα ταύτην ἐκτίνουσι διὰ τὸ πάθος τὸ ἐν Θρᾴκῃ κατα-

De luscinia & hirundine.

CAP. XX.

Hesiodus testatur lusciniam solam ex omnibus auibus somnum negligere, totámque in vigiliis versari. Hirundinē verò non prorsus sempérque vigilare, sed dimidium tantūmodò somnum amisisse. Has autem pœnas luunt propter facinus in Thracia

perpetratum, in cœnam illam illicitam.

De Lacedæmoniorum fœminis.

CAP. XXI.

Lacedæmoniorū matronæ, quotquot audiuissent suos filios in pugna cecidisse, abire solebant, & inspicere vulnera tam aduersis, quàm auersis corporibus inflicta: & si plura ex aduerso essent facta, cum fastu incedentes, vultúmque * grauem & splendidum præ se ferentes, in maiorum auita monumenta filios deferebant. Sin alio loco vulnera accepisset, pudore ductæ, lacrymis confectæ, quàm maximè poterant clandestina fuga discedebant, relictis mortuis, vt in communi sepulchro humarentur, aut furtim surreptos in domestica sepulchra deportabant.

* venerandū. Sic & σεμναῖς καὶ βλοσυροῖς τὰ ἤθη, dixit in bonam partem.

τολμηθὲν, τὸ εἰς τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο τὸ ἄθεσμον.

Περὶ Λακεδαιμονίων γυναικῶν.

ΚΕΦ. κα.

Αἱ Λακεδαιμονίων μητέρες ὅσαι ἐπυνθάνοντο τοὺς παῖδας αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ κεῖσθαι, ἀλλ' αὗταί γε ἀφικόμεναι τὰ τραύματα αὐτῶν ἐπεσκόπουν τά τε ἔμπροσθεν, καὶ τὰ ὄπισθεν. καὶ εἰ μὲν πλείω τὰ ἐναντία, αἱ δὲ γαυρούμεναι, καὶ σεμνὸν ἅμα καὶ βλοσυρὸν ὁρῶσαι, τοὺς παῖδας εἰς τὰς πατρῴας ἔφερον ταφάς· εἰ δ' ἑτέρως εἶχον τῶν τραυμάτων, ἐνταῦθα αἰδούμεναι, καὶ θρηνοῦσαι, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα λαθεῖν σπεύδουσαι, ἀπηλλάττοντο, καταλιποῦσαι τοὺς νεκροὺς ἐν τῷ πολυανδρίῳ θάψαι, ἢ λάθρα εἰς τὰ οἰκεῖα ἠρία, ἐκόμιζον αὐτούς.

Περὶ

Περὶ Τιτόρμου ἰσχύος, καὶ Μίλωνος, καὶ παροιμίας τινός.

ΚΕΦ. κβ.

Τιτόρμῳ φασὶ τῷ βουκόλῳ περιτυχεῖν τὸν Κροτωνιάτην Μίλωνα μεγαλοφρονοῦντα διὰ τὴν ῥώμην τοῦ σώματος. θεασάμενος οὖν μέγαν τὸν Τίτορμον τὸ σῶμα ἰδεῖν, ἐβούλετο λαβεῖν αὐτοῦ ἰσχύος πεῖραν· ὁ δὲ Τίτορμος ἔλεγε μηδὲν μέγα ἰσχύειν. καταβὰς δὲ εἰς τὸν Εὔηνον, καὶ θοιμάτιον ἀποδὺς, λίθον λαμβάνει μέγιστον, καὶ πρότερον μὲν ἕλκει αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν εἶτα ἀπωθεῖ, καὶ δὶς καὶ τρὶς τοῦτο ἐποίησε, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἦρεν ἕως εἰς τὰ γόνατα. καὶ τέλος ἀράμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἔφερεν ὅσον ἐπ' ὀργυιὰς ὀκτὼ καὶ ἔρριψεν. ὁ δὲ Κροτωνιάτης Μίλων μόλις τὸν λίθον ἐκύλισεν· εἶτα δεύτερος ἆθλος τοῦ Τιτόρμου· ἐπὶ τὴν ἀγέλην ἦλθε, καὶ στὰς ἐν μέσῳ, τὸν μέγιστον ταῦρον ἄγριον ὄντα λαμβάνει τοῦ

De Titormi & Milonis robore, & de quodam prouerbio.

CAP. XXII.

Milonem, elatum animum ob corporis robur gerentem, in Titormum bubulcum aiunt incidisse. Quúmque videret Titormi corpus aspectu prægrande, viri[illegible] eius experimentum sumere voluisse. Titormū verò, se non admodum robustum esse dixisse. Quum verò ad * Euenū descendisset, abiecta veste, maximæ molis lapidē primùm quidem ad se traxisse, deinde remisisse, & hoc bis aut ter fecisse: tum eum vsq; ad genua sustulisse, atque postremò sublatum in humeros, vsq; ad octo passus portasse, & proiecisse. Milonem verò Crotoniatam vix volutare lapidem potuisse. Secundum deinde Titormi certamen hoc erat: Ad gregem abiit, & stans in medio, maximum ferissimúmq; taurum pede prehendit, qui

Euenus Ætoliæ fluuius est, non procul Calydone. Plinius li. 4.

quum vellet essurgere, non valebat. Alium quoque interim accedétem, attractum pede, manu altera similiter tenuit. Quo viso, Milo palmas ad cælum extendi, O Iupiter, inquiens, num húc alterum Herculem nobis dedisti? Hinc ortum prouerbium aiunt, Hic est alter Hercules.

ποδός· καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν, οὐ μὴν ἐδύνατο. παριόντα δὲ ἕτερον τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ συναρπάσας τοῦ ποδὸς, ὁμοίως εἶχε. θεασάμενος δὲ ὁ Μίλων, εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας τείνας, ἔφατο, ὦ Ζεῦ, μὴ τοῦτον Ἡρακλῆ ἕτερον ἔσπειρας, ἐνταῦθα ῥηθῆναι λέγουσι τὴν παροιμίαν, ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς.

De Celtarum audacia.

CAP. XXIII.

Περὶ Κελτῶν εὐτολμίας.

ΚΕΦ. κγ.

Omnium hominum ad subeunda pericula promptissimos esse Celtas audio. Proinde in honorem eorum, qui in præliis fortiter occubuerunt, cantiones componunt, & coronati pugnas ineunt. Sed & trophæa statuunt, simul gloriantes rebus gestis, simul Græcorum more monimenta suæ virtutis posteritati relinquentes. Adeò verò ducunt ignominiosum fugere, vt è corruentibus & * incidentibus ædibus sæpe

* collabentib.

Ἀνθρώπων ἐγὼ ἀκούω φιλοκινδυνοτάτους εἶναι τοὺς Κελτούς. τῶν ᾀσμάτων οὖν ὑποθέσεις ποιοῦνται τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἀποθανόντας ἐν τῷ πολέμῳ καλῶς· καὶ μάχονται δὲ ἐστεφανωμένοι, ἀλλὰ καὶ τρόπαια ἐγείρουσιν, ἅμα τε ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις σεμνυνόμενοι, καὶ ὑπομνήματα αὐτῶν τῆς ἀρετῆς ἀπολείποντες ἑλληνικῶς. οὕτως δὲ αἰσχρὸν νομίζουσι τὸ φεύγειν, ὡς μηδὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν καταλισθαινουσῶν καὶ ἐμ-

καὶ ἐμπιπλέντων πολλάκις ἀποδιδράσκειν. ἀλλὰ μηδὲ πιμπραμένων αὐτῆς, παραλαμβανομένοις ὑπὸ τοῦ πυρός. πολλοὶ δὲ καὶ ἐπικλύζουσαν τὴν θάλασσαν ὑπομένουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ οἳ ὅπλα λαμβάνοντες ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι, καὶ τὴν φορὰν αὐτῆς εἰσδέχονται γυμνὰ τὰ ξίφη, καὶ τὰ δόρατα προσσείοντες, ὡς περιῶν ἢ φοβῆσαι δυνάμενοις, ἢ τρῶσαι.

non effugiant, sed ne ardentibus quidem, ita vt incendio ignique circumueniantur. Multi etiam inundans mare sustinent. Quidam etiam in fluctus armati sese iniiciunt, & eorum impetum excipiunt, protensis gladiis euaginatis, & hastis vibratis, perinde atque si vel terrere, vel vulnerare possent.

Περὶ Σμινδυρίδου ἁβροδιαίτης, καὶ ἀδδηφαγίας.

De Smindyridæ deliciis circa cibos, & voracitate.

ΚΕΦ. κδ.

CAP. XXIV.

Σμινδυρίδην τὸν Συβαρίτην λέγουσιν ἐπὶ τοσοῦτον τρυφῆς ἐξοκεῖλαι, ὡς εἰς Σικυῶνα αὐτὸν ἀφικέσθαι μνηστῆρα Ἀγαρίστης τῆς Κλεισθένους, καὶ ἐπάγεσθαι χιλίους μὲν μαγείρους, τοσούτους δὲ ὀρνιθευτὰς, καὶ ἁλιεῖς χιλίους.

Smindyridam Sybaritam vsque adeò gulæ deditum fuisse perhibent, vt quum procus ambiret Agaristam Clisthenis filiam, Sicyonem proficisceretur, & mille coquos, totidémque aucupes atque mille piscatores adduceret.

ἀπέλαυσαν. *A quibus multi clarissimi viri consiliis aut doctrina instituti, fructum aliquem ceperunt.*

Πολλοὶ τῶν ἀρίστων τινῶν ὤναντο, καὶ † ἀπήλαυσεν.

CAP. XXV.

ΚΕΦ. κε.

Vtiles sibi hab. *Adiutores habuerũt, Vlysses Alcinoum, Achilles Chironem, Patroclus Achillem, Agamemnon Nestorem, Telemachus Menelaum, & Hector Polydamantem. Item, quatenus ei paruêre, Troes Antenorem: & Pythagorici, à Pythagora sunt adiuti: Democritei, fructũ ex Democrito perceperunt. Quòd si Socratem Athenienses audiuissent, omni ex parte beati fuissent, ac sapientiæ operã dedissent Hieron, Dinomenis filius, vsus est Simonide Ceo, Polycrates Anacreonte, Xenophontem Proxenus, Antigonus Zenone. Atq; vt eos quoque cõmemorem qui nõ minus ad me pertinent quàm faciũt Græci, Romanorũ meminisse mea interest, quum ipse sim Romanus) etiã

Πῶς ἢ μὴ, vt sit nota interrogatio post μεμνήσωμαι. sed potius ἀελενdum μοι.

Ὤναντο ἄρα καὶ Ὀδυσσεὺς Ἀλκίνου, καὶ Ἀχιλλεὺς Χείρωνος, καὶ Πάτροκλος Ἀχιλλέως, καὶ Ἀγαμέμνων Νέστορος, καὶ Τηλέμαχος Μενελάου, καὶ Ἕκτωρ Πολυδάμαντος. ἐν οἷς αὐτοῦ προσεῖχον, καὶ οἱ Τρῶες Ἀντήνορος· καὶ οἱ Πυθαγόρειοι μὲν ὁμιληταὶ, Πυθαγόρου ὤναντο. οἱ Δημοκρίτειοι ἢ συγγινόμενοι. Δημοκρίτου πολλῶν ἀπήλαυσαν. Σωκράτει ἢ εἰ προσεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι, πάντα ἂν ἐγένοντο εὐδαίμονες, εἰ ἐφιλοσόφουν. καὶ Ἱέρων ἢ ὁ Δεινομένους, Σιμωνίδου τοῦ Κείου ἀπήλαυσε καὶ Πολυκράτης Ἀνακρέοντος καὶ Ξενοφῶντος Πρόξενος, καὶ Ἀντίγονος Ζήνωνος. † ἵνα δέ μοι, καὶ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων, οὐδὲν ἧττον, ἢ περ καὶ οἱ Ἕλληνες προσήκουσι, μεμνήσωμαι, διαφέρει δέ μοι καὶ τούτων, εἴγε Ῥωμαῖός εἰμι, καὶ Λούκουλλος

πολλοῖς Αντίοχυ τι ὤνατο τῦ Ασκαλωνίτυ, κὴ Μαικήνας Αρείυ, κὴ Κικέρων Απολλωνίυ, κὴ ὁ Σέβαστος Αθηνοδόρου. Πλάτων δ᾽ ἐμοῦ καί τοι σοφώτερος ὤν, λέγει ὅτι κὴ Ζεὺς εἶχε σύμβουλον. τίνα δ᾽ καὶ ὅπως, παρ᾽ ἐκείνυ μανθάνομεν.

Lucullo profuit Antiochus Ascalonita, Mæcenati Arius, Ciceroni Apollonius, Augusto ipsi Athenodorus. Plato verò, qui me multum sapientia vincit, Iouem etiam habuisse aliquem à consiliis dicit: quem verò, & quomodo, ab ipso discimus.

Περὶ οἰνοφλύγων τινῶν.

De quibusdam ebriosis.

ΚΕΦ. κϛ.

CAP. XXVI.

Ποτίστατοι γεγόνασιν ἄνθρωποι, ὥσπερ φασιν Ξεναγόρας ὁ Ρόδιος, ὃν ἐκάλουν Αμφορέα, κὴ Ηρακλείδης ὁ πυκτὴς, κὴ Πρωτέας, ὁ Λανίκης υἱὸς, Αλεξάνδρου δ᾽ τῦ βασιλέως σύντροφος. κὴ αὐτὸς δ᾽ Αλέξανδρος λέγεται πλεῖστον πιεῖν ἀνθρώπων.

Vinosissimi omnium hominum fuisse traduntur, Xenagoras Rhodius, quem Amphoram vocabant: Heraclides pugil: Proteas Lanicæ filius cũ Alexandro rege simul educatus. Alexander etiã ipse præ reliquis hominibus vinosus extitisse dicitur.

Ὅτι ὁ Ηρακλῆς ἥμερος ἦν τοῖς ἑαυτῦ πολεμίοις.

Quòd Hercules misericordem & benignum sese erga hostes præbuerit.

ΚΕΦ. κζ.

CAP. XXVII.

Ημερώτατα φασι, τὸν

Singulari mansuetu-

dine ferunt Herculem in hostes suos fuisse. Primum enim ante hominum memoriam, mortuos suis ad sepeliendum reddidisse, ac liberè securéque eis cadauera permisisse, quum eo tempore parum occisos curare solerent, & canibus ad vescendum relinquere, vnde inquit Homerus: Canibus sunt præda relicta. Et. Vt canibus fierent lanianda voluptas.

Ἡρακλέα πρῶτον ἀναιρεθῆναι τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις. πρῶτον γὰρ τοῦ ἐξ αἰῶνος νεκροὺς ἀποσπόνδους ἀποδοῦναι ταφησομένοις. εἰωθότων τῶν τότε ὀλιγωρεῖν τῶν ἀνῃρημένων, καὶ ἀπολείπειν αὐτοὺς κυνῶν δεῖπνον εἶναι. καὶ Ὅμηρος, Ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι. καὶ Κυσὶ μέλπηθρα γενέσθαι.

De Leocorio Atheniensium.

C. XXVIII.

Vide Suidã in Leocoric. Leocorium Athenis erat templum filiarum Leò, sic dicti viri, Praxitheæ, Theopæ & Eubulę. Has pro salute * ciuitatis Mineruæ occisas esse, fama est quum Leos pater eas tradidisset propter oraculum Delphicum: quod monebat, aliter non posse seruari vrbem, nisi illæ mactarentur.

Id est, Athenarum.

Περὶ τοῦ ἐν Ἀθήναις Λεωκορίου.

Κεφ. κη.

Λεωκόριον Ἀθήνησιν ἐκαλεῖτο τὸ τέμενος τῶν Λεὼ θυγατέρων, Πραξιθέας, καὶ Θεόπης, καὶ Εὐβούλης. ταύτας δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηνῶν ἀναιρεθῆναι λόγος ἔχει ἐπιδόντος αὐτὰς τοῦ Λεὼ εἰς τὸν χρησμὸν τὸν Δελφικόν· ἔλεγε γὰρ μὴ ἂν ἄλλως σωθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ ἐκεῖναι σφαγιασθεῖεν.

Τί εἶπεν ὁ Πλάτων περὶ Ἀκραγαντίνων πολυτελείας.

Quod dixerit Plato de Agrigentinorum nimiis sumptibus.

ΚΕΦ. κθ.

CAP. XXIX.

Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἰδὼν Ἀκραγαντίνους, καὶ οἰκοδομοῦντας πολυτελῶς, καὶ ὁμοίως δειπνοῦντας, εἶπεν ὅτι ἄρα οἱ Ἀκραγαντῖνοι οἰκοδομοῦσι μὲν ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι, δειπνοῦσι δὲ ὡς ἀεὶ τεθνηξόμενοι. λέγει δὲ Τίμαιος, καὶ ὅτι ἀργυρέαις ληκύθοις, καὶ στλεγγίσιν ἐχρῶντο, καὶ ἐλεφαντίνας κλίνας εἶχον ὅλας.

Plato filius Aristonis quum videret Agrigentinos magis impensis ædificare, eodémque modo cœnare: Agrigentini, inquit, ædificant, quasi semper victuri: & comedunt, quasi semper morituri. Dicit autem Timæus, eos *lecythis argenteis & strigilibus vsos esse, lectos totos eburneos habuisse.

*guttis, ampullis.

Περὶ Ταραντίνων οἰνοφλυγίας, καὶ Κυρηναίων τρυφῆς.

De Tarentinorum temulentia & Cyrenensium luxu.

ΚΕΦ. λ.

CAP. XXX.

Ταραντίνοις ἐν ἔθει ἦν πίνειν μὲν ἐξ ἑωθινοῦ, μεθύειν δὲ περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν εἰς τοσοῦτον δὲ ἄρα Κυρηναῖοι τρυφῆς ἐξώκειλαν, ὥστε Πλάτωνα παρεκάλουν ἵνα αὐτοῖς γένηται νομοθέτης·

Tarentinis à summo mane poculis indulgere mos erat, & eo tempore, quo iam frequens est hominibus forum, ebrios esse. Cyrenenses verò vsque adeò luxu se inquinauerant, vt quum Platonem accersissent, vt sibi leges poneret, ipse recu

sarit propter consuetam iam inde ab initio lasciuiam & dissolutionem eorum. Testatur etiam Eupolis in * Marica, contemptissimos apud eos, & abiectissimos decem minarũ pretij sigilla habuisse. Mirabili etiam arte sculpebant annulos.

* comœdia sic inscripta.
† ὅπ.

τόν ἢ ἀπαξιῶσαι φασὶ, διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ῥᾳθυμίαν αὐτῶν. ὁμολογεῖ ἢ καὶ Εὔπολις ἐν τῷ Μαρικᾷ, † ὅς τις αὐτῶν ἀπελέστατος σφραγῖδας εἶχε δέκα μνῶν. παρὰ ἢ θαυμάζεσθαι καὶ τοὺς διαγλύφοντας τοὺς δακτυλίους.

De variis Græcorum vinis.

CAP. XXXI.

Περὶ διαφόρων οἴνων Ἑλληνικῶν.

ΚΕΦ. λα.

Age, recensebo vobis Græcorum vinorum genera, quæ fuerunt apud veteres laudatissima, & potissimùm celebria. Pramnium quoddam appellabant, quod erat sacrum Cereri: & Chium vinum ab insula sic dictum: & aliud Thasium & Lesbiũ: & præter hæc aliud Dulce vocabatur, sapore etiã suum nomen referens: & aliud Creticum, & Syracusis Polium, quod sic nuncupatum est ab eius terræ monarcha quodã. Bibebant etiã Choum vinum, quod sic à regione denominabãt, quemadmodum Rhodium.

ἱερὸς ἢ ἦν ἄρα οὗτ.
Vide lexicon Phauorini.

Φέρε, οἴνων Ἑλληνικῶν διὰ σπουδῆς ἰόντων ἐν τοῖς παλαιοῖς, ὀνόματα καταλέξω ὑμῖν. Πράμνειόν τινα ἐκάλουν, † ἱερὸν δὲ ἦν ἄρα τοῦτο τῆς Δημήτρας, καὶ Χῖος οἶνος ἐκ τῆς νήσου καὶ Θάσιος ἄλλος, καὶ Λέσβιος, καὶ ἐπὶ τούτοις Γλυκύς τις ἐκαλεῖτο πρέπων τῷ ὀνόματι τὴν γεῦσιν καὶ Κρὴς ἄλλος. καὶ ἐν Συρακούσαις Πόλιος, ἐκλήθη ἢ ἀπό τινος ἐγχωρίου βασιλέως. ἔπινον ἢ καὶ Κῷον οἶνον, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐκάλουν, καὶ Ῥόδιον μετὰ τὰ αὐτὰ ὀνομάζοντες.

Τί δὲ, οὐκ ἐκεῖνα τοῖς Ἕλλησι τρυφῆς ἀποδείξεις; μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον, καὶ ὑπερφυῶς ἐκάζοντο τὴν τοιαύτην κρᾶσιν, καὶ ἐκαλεῖτο ὁ οἶνος μυῤῥινίτης. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φιλιππίδης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής.

Quid? An verò non hæc certa sint indicia luxus Græcorum? vinum enim vnguento mixtum bibebant, & suprà quàm satis esset, aut necessitas postularet, hac mixtione vtebantur. Vocabatur autem vinum Myrrhinites. Meminit eius Philippides comicus poëta.

Περὶ Πυθαγόρου, Ἐμπεδοκλέους, Ἱππίου, καὶ Γοργίου ἐνδύματος καὶ ὑποδήματος.

De Pythagora, Empedoclis, Hippiæ & Gorgiæ vestimentis, & calceamentis.

ΚΕΦ. λβ.

CAP. XXXII.

Πυθαγόρας ὁ Σάμιος λευκὴν ἐσθῆτα ἤσθητο, καὶ ἐφόρει στέφανον χρυσοῦν, καὶ ἀναξυρίδας. Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος ἁλουργεῖ ἐχρήσατο, καὶ ὑποδήμασι χαλκοῖς. Ἱππίαν δὲ, καὶ Γοργίαν ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι περιϊέναι διαφέρει λόγος.

Pythagoras Samius alba veste amiciebatur, & gestabat coronam auream, atque * anaxyrides. Empedocles verò Agrigentinus purpura vtebatur, & calceis æneis. Hippiam verò & Gorgiã purpureis vestibus amictos, in publico progredi solitos esse fama est.

* i. femoralia, subligacula, braccas.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τὴν τοῦ ἰατροῦ τοῦ Πύῤῥου ἐπιβουλὴν οὐ προσήκαντο.

Quod Romani Pyrrhi medici, contra ipsum regem insidias non admiserint.

Κεφ. λγ.

CAP. XXXIII.

Κινέας ὁ Πύῤῥου ἰατρὸς

Cineas medicus Pyr-

rhi, vt perhibent, clàm literas ad senatum Romanum scripserat, quibus pecunias petebat, & pollicebatur se Pyrrhum pharmacis interempturum. At illi promissioné hanc repudiarunt. Etenim Romani virtute fortes esse didicerunt: non technis, calliditate, vel insidiis hostem superare. Sed & Cineæ consilium sententiámque Pyrrho regi aperuerunt.

φασι πρὸς τὴν βουλὴν τῶν Ρωμαίων ἔγραψε δι' ἀπορρήτων, καὶ ᾔτει χρήματα, καὶ ὑπισχνεῖτο ἀποκτείνειν φαρμάκοις τὸν Πύρρον, οἱ δὲ οὐ προσήκαντο τὴν ὑπόσχεσιν, δι' ἀρετῆς γὰρ ἴσασι Ρωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι, οὐ μὴν διὰ τέχνης, καὶ ἐπιβουλῆς καταγωνίσασθαι τοὺς ἐχθρούς. ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ Πύρρῳ τὴν γνώμην τοῦ Κινέου ἐξήνεγκαν.

De Pausania, & Apellis amoribus.

Περὶ Παυσανίου καὶ Απελλοῦ ἐρώτων.

CAP. XXXIV.

ΚΕΦ. λδ.

Quum multi veterum amores memoriæ litterísque proditi sunt, tum præ cæteris hi.

Pausanias vxorem suã vehementer amauit. Apelles verò concubinam Alexandri, nomine Pancastam genere Larissæã, cum qua primùm Alexander rem habuisse dicitur.

Ερῶτες ἡμῖν τῶν ἀρχαίων πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι εἰς μνήμην ἐδόθησαν καὶ οὗτοι δὲ οὐχ ἥκιστα. Παυσανίας μὲν γὰρ ἤρα τῆς αὐτοῦ γυναικός. Απελλῆς δὲ καὶ τῆς Αλεξάνδρου παλλακῆς, ᾗ τὸ ὄνομα ἦν Παγκάστη, τὸ δὲ γένος Λαρισσαία ἦν· ταύτῃ καὶ πρώτῃ φασὶν ὁ Αλέξανδρος ὡμίλησεν.

Περὶ

Περὶ Περιάνδρων, Μιλτιαδῶν, Σιβυλλῶν, Βακίδων.

ΚΕΦ. λε.

Ὅτι δύο Περίανδροι, ὁ μὲν σοφὸς ἦν, ὁ δὲ τύραννος, καὶ Μιλτιάδαι τρεῖς, ὁ τὴν Χερρόννησον κτίσας, καὶ ὁ † Κυψέλλου, καὶ ὁ Κίμωνος. Σίβυλλαι τέσσαρες, (ἡ Ἐρυθραία,) ἡ Σαμία, ἡ Αἰγυπτία, ἡ Σαρδιανή. οἱ δέ φασι, καὶ ἑτέρας ἕξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα, ὧν εἶναι καὶ τὴν Κυμαίαν, καὶ τὴν Ἰουδαίαν. Βάκιδες τρεῖς, ὁ μὲν Ἕλλην, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ὁ δὲ Ἀρκάς.

De Periandris, Miltiadis, Sibyllis & Bacidibus.

CAP. XXXV.

Duo fuerunt Periandri, philosophus alter, alter tyrannus. Miltiadæ tres, vnus qui Cherronesum condidit, alter Cypselli filius, tertius Cimonis. Sibyllæ quatuor, Erythræa, Samia, Ægyptia, Sardiana. Alij sex adhuc his addunt, vt vniuersæ sint decem: in quibus numerant Cumanam, & Iudæam. Bacides tres, primus Græcus, alter Atheniensis, tertius Arcas.

† alij per λ. simplex.

Περὶ ἀριθμοῦ Νιόβης παίδων.

ΚΕΦ. λϛ.

Ἐοίκασιν οἱ ἀρχαῖοι ὑπὲρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς Νιόβης παίδων μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις. Ὅμηρος μὲν ἕξ λέγει, καὶ τοσαύτας κόρας, Λάσος δὲ δὶς ἑπτὰ λέγει. Ἡσίοδος δὲ ἐννέα καὶ δέκα εἰ μὴ ἄρα οὐκ εἰσὶν

De numero filiorum Niobes.

C. XXXVI.

Veteres scriptores de numero filiorum Niobes non videntur cõsentire. Homerus sex numerat, & totidem filias. Lasus verò bis septem dicit. Hesiodus nouemdecim: nisi fortè non sunt

Hesiodi illa carmina, sicut multa quoque alia falsò ipsi attribuuntur. Alcman decem ponit. Mimermnus viginti, & Pindarus totidem.

Ἡσιόδου τὰ ἔπη ἀλλ᾽ ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα, κατέψευσται αὐτοῦ. Ἀλκμὰν δέκα φησὶ, Μίμνερμνος εἴκοσι, καὶ Πίνδαρος τοσούτους.

De Alexandro in egestate ciborum constituto, & quomodo aliqui vici per fumum capti sint.

Περὶ Ἀλεξάνδρου ἐν ἀπορίᾳ τροφῶν γενομένου, καὶ πῶς τινες κῶμαι διὰ τὸν καπνὸν ἑάλωσαν.

C. XXXVII.

Κεφ. λζ.

Alexander, quum Bessum persequeretur, redactus ad ciborum penuriam, de camelis & aliis iumentis, tam ipse quàm socij comedere cœperũt: quúmque eos ligna deficerent, crudas carnes deuorabant: sed tamen silphium, quod ibi multũ, copiosúmque erat, adiumentum ad concoctionem præstabat.

Ἀλέξανδρος ὅτε Βῆσσον ἐδίωκεν, ἐπ᾽ ἀπορίᾳ γενόμενος τροφῶν, αὐτός τε ἥψατο τῶν καμήλων, καὶ ὑποζυγίων ἄλλων, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. τῶν τε ξύλων αὐτοῖς ὑπολιπόντων, ὠμὰ τὰ κρέα ἤσθιον. ἐπεκούρει δὲ αὐτοῖς τὸ σίλφιον πολὺ ὂν, ὥστε τὰς σάρκας συνεκπέττειν.

In regione verò Bactrianorum milites ipsos vicos ceperunt ex fumo inhabitari coniicientes, & niuem à foribus auferentes.

Ἐν δὲ τῇ Βακτριανῇ οἱ στρατιῶται αὐτὰς τὰς κώμας κατελάμβανον, ὅτι οἰκοῦνται ἐκ τοῦ καπνοῦ τεκμαιρόμενοι (συνιέντες), καὶ τὴν χιόνα ἀφαιροῦντες τῶν θυρῶν.

συνιέντες.

Περὶ

Περὶ ἵππων τῶν Σακῶν, καί τινων ἐθῶν αὐτῶν.

De equis, moribusque quibusdam Sacarum.

ΚΕΦ. λη.

CAP. XXXVIII.

Οἱ Σακῶν ἵπποι ἐὰν ἀποβάλῃ τις τὸν δεσπότην, ἐς τὸ ἀναβῆναι αὐτὸν παρέστηκεν. ἐὰν δέ τις γῆμαι βούληται παρθένον, μονομαχεῖ τῇ παιδίσκῃ. καὶ κρατήσασα μὲν, αἰχμάλωτον ἀπάγεται, καὶ κρατεῖ αὐτοῦ, καὶ ἄρχει. ἐὰν δὲ νικηθῇ, ἄρχεται. καὶ μονομαχοῦσι δὲ ἄχρι νίκης. οὐ μέχρι θανάτου. πενθοῦντες δὲ οἱ Σάκαι, εἰς οἴκους τινὰς κατακλείστους καὶ κατασκίους ἀποκρύπτονται.

Sacarum equi, si qui sessorem excusserint, subitò consistunt, vt rursum ascendere possit. Quòd si quis puellam vxorem ducere cupit, pugnam cum ea suscipit: & si illa superior sit, captiuũ abducit, atque imperium in eũ tenet: sin inferior, regitur ab ipso. Certant autem non de vita, sed de victoria. Sacæ, quum in luctu versantur, in speluncas vmbrosásque quasdam domos sese abscondunt.

Περὶ Περδίκκου εὐτολμίας καὶ λεαίνης.

De Perdicca audacia, & leana.

ΚΕΦ. λθ.

CAP. XXXIX.

Περδίκκας ὁ Μακεδὼν ὁ συστρατευσάμενος Ἀλεξάνδρῳ, οὕτως ἄρα ἦν εὔτολμος, ὡς ποτε εἰς σπήλαιον παρελθεῖν, ἔνθα εἶχεν εὐνὴν λέαινα,

Perdiccas Macedo, qui sequutus est Alexãdrum in bellis, vsque adeò fuit audax, vt aliquando in speluncam, leænæ latibulum, solus introiret. Verùm leænam

ipsam non deprehendit, sed catulos eius secum exportauit: & magnam hominum admirationé Perdiccas hoc facto meruit. Etenim non solùm apud Græcos robustissimum & bellicosissimum animal leæna putatur esse, verùm etiam apud Barbaros. Proinde dicunt, Semiramidem Assyriam, non si quando leonem cepisset, aut pardalim, similémve feram interfecisset, sed si leænã prehendere potuisset, animum extulisse, sibíque in eo placuisse.

μόνος καὶ τὴν λέαιναν οὐ κατέλαβε, τούς γε μὴν σκύμνους αὐτῆς κομίζων προῆλθε, καὶ ἔδοξεν ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι ὁ Περδίκκας. πεπίστευται δὲ οὐ μόνον παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀλκιμώτατόν τε καὶ δυσμαχώτατον εἶναι θηρίον ἡ λέαινα, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις. φασὶ γοῦν καὶ Σεμίραμιν τὴν Ἀσσυρίαν, οὐκ εἴ ποτε εἷλε λέοντα, ἢ πάρδαλιν κατέκτανεν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἀλλ᾽ εἰ λεαίνης ἐγκρατὴς ἐγένετο, μέγα ἐφρόνει.

De commeatu, qui sequebatur Xerxem.

Περὶ τῶν τῷ Ξέρξῃ ἑπομένων ἐφοδίων.

CAP. XL.

ΚΕΦ. μ.

Quum alij commeatus magnificentia & ostentatione pleni sequebantur Xerxem, tum etiam aqua ex Choaspe simul vehebatur. Quũ verò in loco deserto sitiret, neq; adhuc adessent impedimenta, proclamatũ in exercitu est, si quis

Τά τε ἄλλα ἐφόδια εἵπετο τῷ Ξέρξῃ πολυτελείας καὶ ἀλαζονείας πεπληρωμένα, καὶ οὖν καὶ ὕδωρ ἠκολούθει τὸ ἐκ τοῦ Χοάσπου. ἐπεὶ δὲ ἔν τινι ἐρήμῳ τόπῳ ἐδίψησαν, οὐδέπω τῆς θεραπείας ἡκούσης, ἐκηρύχθη τῷ στρατοπέδῳ, εἴ τις ἔχει ὕδωρ, ἐκ τοῦ

ἐκ τοῦ Χοάσπου, ἵνα δῷ βασιλεῖ πιεῖν. καὶ εὑρέθη τις βραχὺ καὶ σεσηπὸς ἔχων. ἔπιεν οὖν τοῦτο ὁ Ξέρξης, καὶ εὐεργέτην τὸν δόντα ἐνόμισεν, ὅτι ἂν ἀπώλετο τῇ δίψῃ, εἰ μὴ ἐκεῖνο εὑρέθη.

Περὶ Πρωτογένους τοῦ ζωγράφου.

ΚΕΦ. μα.

Πρωτογένης ὁ ζωγράφος τὸν Ἰάλυσόν φασιν. ἑπτὰ ἔτεσι διατελῶν γράφων ἐξετέλεσεν. ὃν Ἀπελλῆς ἰδὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἔστη ἄφωνος, ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. εἶτα ἀπιδὼν ἔφη, καὶ ὁ πόνος μέγας, καὶ ὁ τεχνίτης, ἀπολείπεταί γε μὴν τῆς χειρουργίας ἡ χάρις, ἧς ὁ ἀνὴρ εἰ τύχοι, ὁ πόνος αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσει.

Περὶ τινων ἀνθρώπων ὑπὸ θηρίων τραφέντων.

Κεφ. μβ.

Κῦρον τὸν Μανδάνης.

aquam de Choaspe haberet, vt regi eam bibendam daret: & inuentus est quidam, qui pauxillũ haberet, idque putridũ. Bibit igitur illam Xerxes: & eum, qui dederat, in benefactoris loco habuit: quoniam, nisi illa fuisset inuenta, periisset siti.

De Protogene pictore.

CAP. XLI.

Protogenes pictor toto septennio in pingendo Ialyso consumpto tandẽ summam manum imposuit. Eum quum cerneret Apelles, primũ substitit mutus & stupefactus inopinata atque admirabili contemplatione: Deinde respiciẽs, Labor quidem, inquit, magnus est, & item artifex excellens, verùm operi pro tanto labore gratia non inest: quam si homo consequutus esset, labor eius cælum attingeret.

De quibusdam hominibus à feris enutritis, & educatis.

CAP. XLII.

Cyrum Mandalæ fi-

μένης δὲ παιδὸς ἀπόρου καὶ τυμβαύλου πεπίστευται γενέσθαι. Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου, ὁ καὶ ἑτερόφθαλμος, καὶ τούτου κύκλωψ προσαγορευθεὶς, αὐτουργὸς ἦν Πολυσπέρχου, καὶ ἐλῄστευε. Θεμιστοκλῆς δὲ, ὁ τοὺς βαρβάρους καταναυμαχήσας, καὶ μόνος συνιεὶς τὰς τῶν θεῶν ἐν τοῖς χρησμοῖς φωνὰς, Θρᾴττης υἱὸς ἦν, καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἀβρότονος. Φωκίων δὲ ὁ χρηστὸς ἐπικληθεὶς, πατρὸς μὲν δοίδυκας ἐργαζομένου ἦν. Δημήτριον δὲ τὸν Φαληρέα οἰκότριβα γενέσθαι λέγουσιν ἐκ τῆς οἰκίας Τιμοθέου καὶ Κόνωνος. Ὑπερβόλου δὲ καὶ Κλεοφῶντος, καὶ Δημάδου, καίτοι προστατῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας. Καλλικρατίδας γε μὴν καὶ Γύλιππος, καὶ Λύσανδρος ἐν Λακεδαιμονίᾳ μόθακες ἐκαλοῦντο. ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων † οὓς συνεισέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες συναγωνιουμένους ἐν

Eumenes verò patre inope & * tymbaulo fuisse creditur. Antigonus, Philippi filius, qui & vnoculus erat, vnde Cyclops appellatus est, Polysperchæ famulus erat, & latrocinia exercuit. Themistocles verò, qui barbaros nauali prælio fudit, solúsque deorum voces in oraculis proditas explicare potuit. Thressæ cuiusdam filius erat, quæ * Abrotonus appellata est. Phocion cognomento Iustus, patrem habuit artificem cochlearium. Demetrium Phalereum, è familia Timothei & Cononis vernam prouenisse ferunt. Hyperboli verò, Cleophontis & Demadæ, tametsi principes in Atheniensium repub. extiterunt, tamen eorum parentes difficulter quis retulit. Callicratidas autem, Cylippus & Lysander Mothaces in Lacedæmonia vocabantur: quod nomen imponebatur seruis locupletiorum iis, quos patres in gymnasia exercitatum simul cum filiis

* tibicine.

* Habrotonus.

† παίδων δούλοις κείμενον, οὓς συνεξέπεμπ. Cas.

mitterent. De iis Lycurgus, qui id concesserat, legem tulit, vt qui in liberorum disciplina permanerent, eis ad publicas dignitates & officia gerẽda in rep. Lacedæmonioῦ aditus pateret. Epaminondas etiam patrẽ habuit ignobilem. Cleon verò Sicyoniorum tyrannus * ex piratis erat.

τοῖς γυμνασίοις. ὁ δὲ συγχωρήσας τοῦτο Λύκουργος, τοῖς ἐμμείνασι τῇ τῶν παίδων ἀγωγῇ πολιτείας Λακωνικῆς μεταλαγχάνει. καὶ Ἐπαμινώνδας δὲ πατρὸς ἦν ἀφανοῦς.

Κλέων δὲ ὁ Σικυωνίων τύραννος, καταποντιστὴς ἦν.

*cataponti sta *fortè* carnifex.

De quibusdam longo tempore versatis in Sicilia lithotomiis.

Περὶ τῶν ἐν λιθοτομίαις τῆς Σικελίας πολὺν χρόνον διατειψάντων.

CAP. XLIV.

Κεφ. μδ.

In Sicilia lapicidinæ extabant longitudine vnius stadij, latitudine duorum † plethrorum. In eo loco tam diu quidam homines tenebantur, vt inibi matrimonio contraherent, & sobolẽ educarent, & quidam ex eorum liberis ciuitatem nũquam viderant, quòd si venissent Syracusas, & equos sub iugo coniunctos vidissent, adeò perterrebantur, vt cum clamore vociferationeque aufugerent. Pulcherrima,

† Plethrum *est mensura centum pedum, vel sexta pars stadij.*

Αἱ ἐν Σικελίᾳ λιθοτομίαι περὶ τὰς ἐπιπολὰς ἦσαν σταδίου μῆκος, τὸ εὖρος δύο πλέθρων ἦσαν. ἦσαν δὲ ἐν αὐτῷ τοῦ χρόνου τοσοῦτον διατρίψαντες ἄνθρωποι, ὡς καὶ γεγαμηκέναι ἐκεῖ, καὶ παιδοποιήσαι. καί τινες τῶν παίδων ἐκείνων μηδεπώποτε πόλιν ἰδόντες, ὅτε εἰς Συρακούσας ἦλθον, καὶ εἶδον ἵπποις ὑπεζευγμένοις, ἔφευγον βοῶντες· οὕτως ἄρα ἐξεπλάγησαν. τὸ δὲ κάλλιστον τῶν ἐκεῖ

ἐκεῖ σπηλαίων ἐπώνυμον ἦν Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ, ἐν ᾧ φασι διατρίβων τὸν Κύκλωπα εἰργάσατο τῶν ἑαυτοῦ μελῶν τὸ κάλλιστον. παρ᾽ οὐδὲν θέμενος τὴν ἐκ Διονυσίου τιμωρίαν καὶ καταδίκην, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῇ τῇ συμφορᾷ μουσουργεῖ ὁ Φιλόξενος.

iucundissimáque earum spelunca Philoxeni poëtæ cognomentum habebat, in qua quum versaretur, Cyclopem (vt ferunt) omnium suorum poëmatum præstantissimum elaborauit: paruipendens supplicium à Dionysio sibi constitutum, & condemnationem, sed in ipsis miseriis & ærumnis musicam artem exercuit.

Περὶ Μίδου, Πλάτωνος, καὶ Πινδάρου, νηπίων.

ΚΕΦ. με.

De Mida, Platone, & Pindaro infantibus.

CAP. XLV.

Φρύγιοι καὶ ταῦτα ᾄδουσι λόγοι· Μίδου τοῦ Φρυγὸς ἔτι νηπίου καθεύδοντος μύρμηκας εἰσέρπειν εἰς τὸ στόμα καὶ πάνυ φιλοπόνως καὶ φιλέργως εἰς φέρειν τοὺς πυρούς. Πλάτωνος δὲ μελίττας εἰς τὸ στόμα, κηρίον ἐργάζεσθαι, καὶ Πινδάρῳ τῆς πατρώας οἰκίας ἐκτεθέντι, μέλιτται τροφοὶ ἐγένοντο, ἀντὶ τοῦ γάλακτος παρατεθεῖσαι μέλι.

Ex Phrygia manauit hæc fama: infante adhuc Mida, somnum carpente, formicas in os eius irrepsisse, magnóque studio & labore frumenta importasse. De Platone verò dicitur, quod apes in ipsius ore fauum effecerint. Pindarum etiam, quum è patria domo fuisset expositus, aluerunt apes, pro lacte mella præbentes.

De prodigio Dionysij monarcham portendente.

Περὶ σημείου μοναρχίαν τοῦ Διονυσίου δηλώσαντος.

CAP. XLVI.

ΚΕΦ. μς.

Dionysium Hermocratis filium, aiunt, flumen equo traiecisse: quúmque in luto equus laberetur, eum desiliisse, & ripæ compotem esse factum: atque sic relicto postmodum equo, quasi non amplius suo, discessisse. Quum autem sequeretur equus, & hinniret, reuersum esse: quúmque apprehenderet eius iubam ad ascendendum, apum examen continuò manuum circumdedisse, atque de his interroganti respondisse Dionysio Galeotas, monarchiam ea re præsignificari.

Διονύσιον δὲ τὸν Ἑρμοκράτους λέγουσι ποταμὸν διαβαίνειν ἐφ' ἵππου. ἔφερε δὲ αὐτὸν ἵππος· καὶ ὁ μὲν ἵππος κατὰ τοῦ τέλματος ὀλίσθαιεν· ὁ δὲ ἀποπηδήσας τῆς ὄχθης ἥψατο. καὶ ἀπῄει, ὡς οὐκ ἔτι τὸν ἵππον ὄντα αὐτοῦ ἀπολιπών. ὁ δὲ ἠκολούθησε, καὶ χρεμετίσαντος ὑπέστρεψεν αὐτόν. καὶ ἐκεῖνος ἐλάβετο αὐτοῦ τῆς χαίτης, καὶ ἔμελλεν ἀναβαίνειν, καὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ περιεπίπτει μελιττῶν πλῆθος. ἔφασαν οὖν οἱ Γαλεῶται πρὸς τὸν Διονύσιον ἐρόμενον ὑπὲρ τούτων, ὅτι ταῦτα μοναρχίαν δηλοῖ.

De Aristomache Dionis uxore.

Περὶ Ἀριστομάχης Δίωνος γυναικός.

CAP. XLVII.

Κεφ. μζ.

Dionysius in exilium è Sicilia Dionem pepulit, vxorem verò eius Aristo-

Διονύσιος ἐξελαύνει τῆς Σικελίας Δίωνα, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Ἀριστομάχην

χlω, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ παῖδα ἐφύλαττεν. ὕστερον δὲ τὴν γυναῖκα ἄκουσαν δορυφόρῳ αὐτοῦ πάντων μάλιστα θεραπευτῇ Πολυκράτει γυναῖκα δίδωσι Συρακούσιος δὲ τὸ γένος lῶ. Δίων δὲ παραλαβὼν Συρακούσας ἀποδράντος εἰς Λοκροὺς Διονυσίου, ἐνταῦθα ἡ μὲν Ἀρήτη ἡ τοῦ Δίωνος ἀδελφὴ, προσεῖπεν αὐτὸν ἡ δὲ Ἀριστομάχη εἵπετο δι' αἰδοῦς εἶναι καλυπτομένη, καὶ οὐ τολμῶσα προσειπεῖν ὡς ἄνδρα, ἐπεὶ βιασθεῖσα, τὸν θεσμὸν τὸν πρὸς αὐτὸν λύσης οὐ διεφύλαξεν. ἐπεὶ δὲ ὑπὲρ αὐτῆς ἀπελογήσατο ἡ Ἀρήτη, τὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀνάγκην: καταλλάξαντι ὁ Δίων προσηγάγετο τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν παῖδα, καὶ εἰς τὴν οἰκίαν ἔπεμψεν.

machen & ipsius filium custodiuit. Post repugnantem fœminam satelliti suo sui obseruantissimo Polycrati, in cõiugem tradidit: Is natione Syracusius erat. Dion verò quum fugato ad Locros Dionysio Syracusas cepisset, Arete soror ipsius eum affata est, Aristomache verò eam sequens pudore prohibita, occultabat se, neque tanquam maritum audebat alloqui: quoniam coacta per vim, connubij legem erga ipsum violarat. Postquam autem eius caussam defendisset Arete, necessitatéque coactam à Dionysio diceret, Dion admisit vxorẽ & filium, misitque eos in domum suam.

Περὶ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων.

De poëmatibus Homeri.

Κεφ. μη.

C. XLVIII.

Ὅτι Ἰνδοὶ τῇ παρὰ σφίσιν ἐπιχωρίῳ φωνῇ τὰ Ὁμήρου καταγράψαντες

Indi vernacula lingua descripta Homeri poëmata cantare solebant.

Item Persarum reges: si modò eos, qui de his referunt, fide dignos indicamus.

ἄδικον. οὐ μόνοι. ἀλλὰ καὶ οἱ Περσῶν βασιλεῖς, εἴ τι χρὴ πιστεύειν τοῖς ὑπὲρ τούτων ἱστοροῦσι.

Quòd Phocion suis malefactoribus facilè dederit veniam.

CAP. XLIX.

Ὅτι ἀμνησίκακος ὁ Φωκίων.

ΚΕΦ. μθ.

Phocion Phoci filius, qui sæpè multúmque suam operam in bellis imperator patriæ præstiterat, morti adiudicatus est. Quúmque in carcerem coniectus, iamiam cicutam bibiturus esset, porrigente ipsi calicem lictore, atque amici familiaresque accedentes rogarent quid præcepti filio relinqueret; Hoc, inquit, mando, ne cum iniuriæ memoria rependat Atheniensibus hanc propinationem, quam ego nunc bibo. Qui verò eum virum non laudandum admirandúmque censeat, is mihi prorsus nihil sapere aut intelligere videtur.

Φωκίων ὁ τοῦ Φώκου πολλάκις στρατηγήσας, κατεγνώσθη θανάτῳ, καὶ ἦν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ ἔμελλε πίεσθαι τὸ κώνειον. ἐπεὶ δὲ ὤρεξεν ὁ δήμιος τὴν κύλικα, οἱ προσήκοντες ἤροντο, εἴ τι λέγοι πρὸς τὸν υἱόν. ὁ δέ, ἐπισκήπτω αὐτῷ μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακῆσαι ὑπὲρ τῆς παρ' αὐτῶν φιλοτησίας, ἧς νῦν πίνω. ὅστις δὲ οὐκ ἐπαινεῖ καὶ ὑπερθαυμάζει τὸν ἄνδρα, δοκεῖ μοι μέγα ὁ τοιοῦτος ἐννοεῖν οὐδέν.

De Lacedæmoniis, nullam operam liberalibus disciplinis impendentibus.

CAP. L.

Περὶ Λακεδαιμονίων μὴ ἐσπουδασμένως περὶ παιδείας ἐχόντων.

ΚΕΦ. ν.

Lacedæmonij litera-

Λακεδαιμόνιοι μουσι-

κῆς

λίας ἄπειροι εἶχον. ἔμελε γὰρ αὐτοῖς γυμνασίων, καὶ ὅπλων. εἰ δέ ποτε ἐδεήθησαν τῆς ἐκ μουσῶν ἐπικουρίας, ἢ νοσήσαντες, ἢ παραφρονήσαντες, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον δημοσίᾳ παθόντες μετεπέμποντο ξένους ἄνδρας, οἷον ἰατροὺς, ἢ κατὰ Πυθόχρηστον. μετεπέμψαντο γε μὴν Τέρπανδρον, καὶ Θάλητα, καὶ Τυρταῖον, καὶ τὸν Κυδωνιάτην Νυμφαῖον, καὶ Ἀλκμᾶνα, αὐλῳδὸς γὰρ ἦν. καὶ Θουκυδίδης δὲ ὁμολογεῖ, ὅτι μὴ ἐσπουδασμένως περὶ παιδείας εἶχον, ἐν οἷς λέγει περὶ Βρασίδου. λέγει γοῦν ὅτι ἦν ἀδύνατον εἰπεῖν ὡς Λακεδαιμόνιος, οἷον ὡς ἂν ἰδιώτης.

rum omnino rudes erãt: ipsis enim curæ erant exercitia corporum & arma. Si quando verò doctrinarum auxilio opéq; vel ægrotantes, vel delirantes, aut alioqui publica calamitate affecti indigerent, accersebant homines peregrinos, vt medicos, aut vaticinium Apollinis. Accersiuerunt autem Terpandrũ, Thaletem, Tyrtæum, Cydoniatam Nymphæum, & Alcmanem, qui tibicen erat. Et Thucydides refert, imperitos fuisse doctrinæ & literarũ, quum dicit de Brasida: inquit enim, eum dicendi imperitum fuisse, vtpote Lacedæmonium, nõ aliter quàm idiotam quẽdam.

Περὶ τοῦ τύφου Μενεκράτους, καὶ πῶς ὁ Φίλιππος ἐγέλασεν αὐτόν.

De ostentatione Menecratis, & quomodo Philippus eum deriserit.

ΚΕΦ. να.

CAP. LI.

Μενεκράτης ὁ ἰατρὸς εἰς τοσοῦτον προῆλθε τύφου, ὡς τε ἑαυτὸν ὀνομάζειν Δία. ἀπέστελε δέ ποτε

Menecrates medicus adeò superbia turgebat, vt seipsum Iouem appellaret. Misit autem ali-

quando literas ad Philippum Macedonũ regẽ in hæc verba: Philippo Menecrates Iupiter S. let: ad ea rescripsit Philippus: Philippus Menecrati sanitatem. Consulo vt ad Anticyram te conferas. Significauit his latenter, hominem non esse sanæ mentis.

Aliquando laudatissimum conuiuium instituxit Philippus, ad quod illum etiam inuitauit, seorsimque mensam ei iussit apparari, & apponi acerram, suffitúmque fieri. Reliqui verò epulabãtur, erátque admodum opipara cœna. Menecrates itaque primùm ferebat, gaudebátque honore: postquam verò paulatim fames obreperet, & homo esse conuinceretur, isque vanus & stolidus consurgens discedebat, seséque iniuria affectum querebatur, festiuissimè Philippo stultitiã eius redarguente, & in lucem proferente.

τε ἐπιστολὴν φιλίππῳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, τοιαύτην φιλίππῳ Μενεκράτης ὁ Ζεὺς εὖ πράττειν ἀντέγραψε δὲ καὶ ὁ φίλιππος. φίλιππος Μενεκράτει ὑγιαίνειν. συμβουλεύω σοι προσάγειν σεαυτὸν ἐπὶ τοῖς κατ' Ἀντίκυραν τόποις. ᾐνίττετο δὲ ἄρα διὰ τούτων ὅτι παραφρονεῖ ὁ ἀνήρ.

